ut veniam merear: Ecce
eijcis me hodie a facie terrae et a
facie tua abscondar: et ero vagus
et profugus in terra. Omnis igitur
qui invenerit me occidet me.
Dixitque ei Dominus. Nequaquam
ita fiet: Sed omnis qui occiderit
Cain: septuplum punietur. Po-
suitque Dominus in Cain signum
ut non interficeret eum omnis
qui invenisset eum. Egressusque
Cain a facie Domini: habitavit pro-
fugus in terra: ad orientalem pla-
gam EDEN.

Cognovit autem Cain uxorem
suam: quae concepit et peperit:
ENOCH: Et aedificavit civitatem
et vocavit nomen eius ex nomine fi-
lij sui Enoch: Porro ENOCH
genuit IRAD Et Irad genuit